



Theophili Raynavdi Societatis Iesv Theologi, Opera Omnia

Tam hactenus inedita, quàm alias excusa, longo Authoris labore aucta & emendata : Accessit Tomvs Integer Complectens Indices Septemdecim in vniversum Opus, omnium quotquot prodierunt locupletissimos, Qvibus Absolvts Divinae Av Humanae Eruditionis Thesaurus Orbi literato aperitur ; Adiectus est ...

Raynaud, Théophile

Lugduni, 1665

Sectio II. De Priore intra Christum substantiali compositione, eiúsque appendicibus, ad accuratam, & plenam Catholicæ enodationis propositæ intelligentiam, & roborationem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79561](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-79561)

traxerim ipsi statim verum. Partique honore æqua-
lem. Hæc argumenta, sic dissoluenda docet. Theolo-
gos, vt proxime dissoluimus contradictiones propo-
sitos, hoc tibi (inquit) faciendum est, vt altiores voces
diuinitatis, ac præstantiori illi, & incorporeæ nature,
passionibusque sublimiori, attribuas: humiliores au-
tem, compositæ, & tua causa inuito atque incarnato,
simo etiam: (non enim mundis commodæ hoc à me di-
cens,) humanar, ac deinde exaltato, vt tu videlicet,
electæ hæc dogmatum humilitate & crassitie, subli-
mitate esset, simulque cum diuinitate ascendere, non au-
tem rebus in aspectum cadentibus inherebere con-
dignis; quin potius cum intellectibilibus rebus affat-
is, atque intelligis, quæ prioris illius nature sig-
na, & quæ assumpse humanitatis.]

S E C T I O II.

De Priore intra Christum substantiali compositione, eiusque appendicibus, ad accuratam, & plenam Catholicæ Enodationis propositæ intelligentiam, & roborationem.

17. **H**ic accuratè scrutemur, quæ adversus errores veritatem affirmativum, validdè confirmemus, quæ evidentè legitima enigmatis à nobis data proposuit, scholasticas trames inveniendæ est, deque dimino compo- sitio hæcenus non nisi quoad an est stabilo, diligenter ac præse præ more in scholis à Theologis vsu- rat, differendum. Vocandè ergo ad examen sunt, prænotè ejusdem compositi causæque primùm internæ, quod ex his compingatur, & exurgat totum. Sed his in Christo duplex distingui debent, pro duplici substantialis compositione, quæ intra Christum cernitur. Opiniè enim Theodorus Abucara Opusc. 2. *sub* finem ad intelligendum modum compositionis Hypo- thæsam, quam in Christo agnoscimus, præmittit duplicem in Christo compositionem substantialem scèrni oportere: alteram naturalem, qualis in vnoquoque notitiam reperitur ex anima, & corpore physicè de- terminatè, alteram supernaturalè ex humanitatè, & persona diuini Verbi; quam voco secundam compo- sitionem, quia hæc compositio, si agatur de toto com- posito (vt nunc agimus) manifestè superuenit ei compo- sitioni, quam physicam diximus. Porò hæc secun- da compositio proportionè respondet compositioni metaphysicæ, quia, quod supposititalis in nobis facit cum humanitatè eidem substrata, quæ dicitur *forma totius*. Sed quia complementum illud existentie in Christo Domino supernaturalè est, imò increatum, non item in nobis, quorum existentiam terminus ab ea connat- uraliter profusus restringit, ideo hæc Metaphysicæ compositio in Christo est supernaturalis: prior autem compositio est merè naturalis, quoad suam essentiam, quamvis quod modum quo est facta, valdè superna- turalis fuerit, quatenus Christi humanitas non fuit naturali modo producta, sed à Spiritu Sancto supra naturam operante, & superueniente in Deiparam, est effecta. De hæc ergo duplici compositione, sigillatim, & accuratè agendum est, vt enodatio Catholica diuini enigmatis proximè data, introspectiatur, & vnde cui- que firmetur.

CAPVT I.

*De Christi corpore, & anima, ac naturali
vtriusque unione.*

18. **E**Xtrema prioris huius compositionis, non sunt
alia, quam corpus, & anima Christi. Hoc ex
Theoph. Raynandi Christus

physicis notum est; Nam ad physicam hominis compositionem hæc extrema abundè sufficiunt.

*Extrema naturalis in Christo compositionis,
corpus & anima.*

Neque verò moror Vyicleffum, qui præter duo illa quæ diximus, tertiâ quandam & in nobis, & in Christo inuenit naturam, quam aliquando vocauit animationem, aliquandò animam materialem, & corruptibilem, quæ mediantè Spiritu vniatur carni. Hæc iuxta Vyicleffum erat in Christo, & in quouis homine *Trinitas* vt latè refert Vald. l. 1. Doctr. toto artic. 2. fin. à c. 3. ad 38. qui tot fecuribus delirium illud excutidicat, vt nihil sit necesse vterius hic circa illud herere. In philosophicis autem disputationibus monstratum abundè est, & vnam esse hominis animam, càmque spirituale, & immortale; & animam rationalem siue Spiritum, immediatè carni vnitri. Reiecta item ibidem est alia Bombalaria illius fatuitas, quæ pronunciauit spiritum immortalem, siue animam immaterialem, esse personam hominis per se, & completè; siue solam animam immaterialem, esse hominem totum; corpus verò carneum, & animationem, siue animam materialem cægens censebat hominis & personæ rationem participare, quatenus à Spiritu illo immortalit attracta fuerint. Hæc in omnibus hominibus falsissima sunt, in Christo autem monstruosa, & hæretica. Quid enim factum fuisset ea persona participata, quoad partem eius præcipuam in iudicio mortis Christi? Nam Spiritus quidem erat immortalis, & in inferno fuit. Materia item prima perire non potuit, & fuit in sepulchro. Illa verò tertia substantia siue persona participata, vbi fuisset? Non enim in corpore, quod aliqui non fuisset mortuum. Neque extra corpus, cum non sit forma immaterialis & immortalis. Neque verò perire debuit, quia non dab' *Sanctum* tunc, *videre corruptionem*: & quod *Perbui* sensel *assumpsit*, *nuquam dimisit*. Quare facillat malè sani capitis abortio; & extrema huius compositionis, vt in nobis, ita & in Christo, non nisi corpus & animam vinculata atque vnita statuimus. Et quæ id apud omnes ratum, & extra controuersiam, suppeditis his quæ libro. 1. contra aliquos hæreticos verum corpus humanum, aut veram humanam animam Christo negantes, disputauimus.

Vnio extremorum illorum agnoscenda.

18. Exolevit item iampridem opinatio quorundam Catholicorum apud Magistrum in 3. dist. 6. & apud S. Thomam 4. contra gent. c. 4. i. quibus visum est, non debere admitti vnionem inter corpus & animam Christi. Verebantur enim, ne cum ea vnione duas integras substantias, atque adeo etiam personas in Christo ponerent. Sed hi trepidabant timore, vbi non erat timor. Non enim integræ dæ substantiæ sunt dæ personæ si altera illarum integrarum substantiarum suo metaphysico complemento ac termino postea exuiclando destituitur, vt verè in Christo humanitas suo illo complemento fuit destituta. Quinimò hi auctores scopulum scopulo declinabant, & dùm intenti erant vt à Nestorio auerterentur, non videbant se in aliud æquè periculosum barathrum incidere; nempe veræ humanitatis à Christo tollendæ. Negata enim ea corporis. & animæ vnione, Christum non foret verus homo, quod tamen est fide sanctum & indubitatum: Nec verum fuisset dicere, Verbum assumptisse humanitatem vt rectè notauit Dur. in 3. d. 6. q. 4. n. 3. Alii aduersus hanc opinionem (si tamen opinionem) periri possunt ex Hugone Victorino t. 3. in apologia de verbo incarnato. Nam ij quos ibi impugnat, negantes Christum esse aliquid secundùm quod homo, non aliud

negabant, quàm vnionem inter animam, & corpus Christi. Ea quippe vnione posita, corpus & anima sunt vnū aliquid, scilicet forma totius, quod non habent absque vnione. Idque in Christo intenebant affirmare illi erroris impugnati ab Hugone, & subannantur etiam à Richardo Victorino tract. de baptismo Christi *sub medium*.

Eosdem spectatis temporibus puto percelli ab Alexandro III. cap. cum Christus de hæreticis, & paulò plenius in epistola ad Archiepiscopum Rhenensem, quæ extat in Conc. Latèr. sub eodem Alexandro parte 49. c. 40. Quamvis enim Alexander subdat rationem, quæ videtur potius impetere eos qui in sensu Manichæorum dicerent Christum prout hominem non esse aliquid, quia est nihil, nec nisi fictam, & apparentem humanitatem habuit, quo pacto Alexandri definitionem accepit Penna in 2. p. directorij l. 2. scholio 3. tamen ea ratio in sensum quoque propositum rectè cadit: damnatur enim Pontifex eum qui negauerit Christum secundum quod est homo, esse aliquid, [quia sicut Christus est verus Deus, ita & verus homo ex anima rationali, & humana carne subsistens.] At non esset homo Christus, neque ex carne & anima coalesceret, nisi adesset vnio vtriusque illam partem coagmentans. In hos ergo scholasticos rectè cadit damnatio Pontificis, mandantis Parisienses & Rhenenses Doctores conuocari aduersus eos: quod non videtur mandatum, si de Manichæorum phantasmate Scripturas omnes euertere, & mysterium Incarnationis euacuare, sermo fuisset. Est igitur in Christo, æquè ac in nobis, anima & corporis vnio; quicquid tandem sit ea vnio, de qua est physicum problema, hoc loco dimittendum.

Sic eadem natura quæ ceciderat, resurgit.

19. Hæc omnia innituntur principio illo ex fide certissimo, quod placuerit Deo, (vt erat sanè conuenientissimum) per illam ipsam naturam quæ ceciderat, reparationem eius perficere, & per hominem de Adami stirpe, illam generi nostro ab Adamo parente cladem, sarcire. Hæc enim à Patribus causa prodit, cur hominem, non Angelum assumi à Verbo oportuerit. Tertullianus optimè l. de carne Christi c. 14. [Christus salus hominis fuit; causa scilicet, ad restituendum quod perierat. Homo perierat, hominem restitui oportebat, vt Angelum gestaret Christus, nihil tale de causa est.] S. Irenæus l. 3. c. 21. [Misit Deus filium suū factum de muliere. Neque enim iuste victus fuisset inimicus, nisi ex muliere homo esset, qui vicit eum. Per mulierem enim homini dominatus est ab initio, semetipsum contrarium, statuens homini. Propter hoc & Dominus semetipsum filium hominis conficitur, principalem hominem illum, ex quo ea quæ secundum mulierem est plasmatio facta, in semetipso recapitulans: vti quemadmodum per hominem victum descendit in mortem genus nostrum, sic iterum per hominem victorem ascendamus in vitam: Et quemadmodum accepit palmam mors per hominem aduersus nos, sic iterum nos aduersus mortem per hominem accipiamus palmam.]

S. Ang. l. de vera relig. c. 16. eandem causam reddit cur hominem cum corpore terreno, & nostræ, non æthereo, vt fieri poterat, assumptum voluerit Deus. [Sed cum omnibus (inquit) modis moderatur animis Deus pro temporum opportunitatibus, quæ nostra sapientia eius ordinantur, de quibus aut non est tractandum, aut inter pios perfectosque tractandum est, nullo modo beneficentius consuluit generi humano, quàm cum ipsa sapientia Dei, id est vnicius Filius consubstantialis Patri & coæternus, totum hominem suscipere dignatus est, & Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Ita enim demonstrat carnalibus, &

non valentibus intueri mente veritatem, corporeis quæ sensibus deditis, quàm excelsum locum inter creaturas habeat humana natura, quod non solum visibiliter, (nam id poterat, & in aliquo æthereo corpore ad nostrorum aspectum tolerantiam temperato,) sed etiam hominibus in vero homine apparuit, ipsa enim natura suscipienda erat, quæ liberanda.]

20. Præclare quoque in eandem sententiam disputat, & Augustinus sub alio typo plane concinit Gregorius Nyssenus in orat. catechet. cap. 27. sic differens. [Cum autem omnibus hominibus vnus sit in vitam aditus, videntem oportebat eum qui ad nos ingreditur, in vita collocari? Ex cælo, ait, fortasse qui genus humanæ originis desuper tanquam turpe & abiectum? sed in cælo non erant homines: nec in vita supermundana versabatur morbus vitij. Qui autem cum homine commiscebatur, eius erat scopus & institutum in illa contemperatione, vt prodesset homini. Vbi ergo non erat malum, neque ibi vita degebat humana, quemadmodum postulat quispiam, vt homo illine Deo coniungatur; imò verò non homo, sed aliquod simulachrum, & quædam similitudo hominis? Quenam autem fieret nostræ naturæ correctio, si cum terestre ægorasset, animal, aliquid aliud ex cælestibus, diuinum suscepisset aduentum? Non potest enim fieri, vt curetur quod laborat, nisi pars laborans propriam ac peculiarem accipiat curationem, si ergo quod laborabat quidem, fuisset in terra, virtus autem diuina id quod laborabat minimè attigisset, aspiciens ad id quod se decebat; fuisset planè homini inutile diuinæ virtutis negotium, in iis versans, quæ nobiscum nullam habebant communionem.]

Ipsæ Apostolus Rom. 8. id pulchrè expressit, cum dixit *mutans Deus filium suum in similitudinem carnis peccati, de peccato damnavit peccatum in carne, vt iustificatio legis impleveretur in nobis*. En Apostolus missum Dei filium ait in carne, simili nostræ carni peccatrici. (simili inquam quoad substantiam, non quoad peccatum,) sicque in ea ipsa carne, quæ peccato subiacerat, peccatum eneruatum est, & regnum Satanæ destructum, quod fuisset [stupendum trophæum] erigere, ait ad eum locum D. Chrysostomus hom. 13. addens sic percosso per Christum peccato, & Satanæ, quàm variæ & illustres victoriæ sint consecutæ [Mirum, (inquit) autem, id est, quod vnà cum carne trophæum erectum est, & quæ milies à peccato deuicta fuerat, hæc eadem plenitudinem contra illud victoriam tulit. Vide enim quot noua atque inopinata extiterint. Vnum quidem quod peccatum carnem non vicit, alterum quod victum est peccatum, & à carne victum. Neque enim simile fuerit, non vinci, & vincere, quod antea semper deiciebat. Tercium, quod non modò vicit, sed & puniuit. Nam minimè peccando non victus est; moriendo autem vicit, & damnavit illud, terribile illi carnem efficiens, quæ prius despicibilis esset. Sic igitur & illius potentiam fregit, & mortem per illud introductam sustulit. Donec enim peccatores offenderet, iure optimo obitum assecebat; posteaquam verò corpus minimè peccans reperit, illudque morti tradidit: condemnatum illud est, tanquam quod iniuriam attulisset. Vides quàm diuersæ victoriæ partæ sint?]

Quia igitur sapientia & iustitia Dei, sanxerant, vt idem ipse qui ceciderat, resurgendi autor esset; oportuit, Christum eiusdem rationis, ac naturæ hominem esse, cuius erat Adamus, qui primò lapsus est, alioquin Christus non potuisset dici Adam secundus, nec natura deuicta reposuisset Satanæ victori vicem. At primus Adam è corpore verè humano, & anima item verè humana simul vinctulatis coaluit. Ex ipsidem ergo principiis intrinsecis, existere oportuit humanitatem Christi.

Admirata

identitatem materie Adami lapsi, & Christi, esse
plus quam specifi- cam, qui censuerint.

21. Fuerunt qui aliam maiorem identitatem humanitatis vincens & deitatem committerentur, asserentesque, Christum & Adamum fuisse non modò similis sed etiam numericè eiusdem nature humanæ, quod non declinat Mayro. in 3. d. 4. quæst. vnica, art. 3. Deus in materie primæ creatione purissimam quandam eius portionem, primò sub Elemento terre constituit, quam decreuit ad Christum devenire. Eam terræ portionem Adamo immixtam, postmodum decessit: est costa Adæ, & fabricavit in mulierem; & deinceps ingenti miraculo ea portio, saltem secundum aliquid eius quoad corpulentam substantiam transfusa est usque ad Deiparæ parturientes, & ab ipsis in Deiparâ, inde verò in Christum. Paganus late pro hac sententia, vel imaginatione Galatinus l. 7. c. 4. contendens hanc non modò fuisse sententiam veterum Hebræorum quos regulat in calce tercij capitis, sed etiam esse sententiam ipsius Scripturæ. Nam Genes. 4. Adam dicitur vocasse nomen filij sui Seth dicens, *quia posui mihi Deus semen aliud*, quæ verba ita accipit Galatinus, ut significetur Adamum omnes animas propter peccatum suum petitturas videntem abstinuisse coniugali opere per annos 130. post genitum Abelem, ne filios damnationis procrearet. Edodum autem Messie adventum, cogitasse de aliis liberis suscipiendis, quorum quem tunc primò suscepit, vocavit Sethum, quia cognovit eam virtutem in se esse; siue semen alienum purissimum, à se transmittendum illicitum, ex quo mater Messie generanda erat, & Christus ipse exoriturus. Argumentatur quod Galatinus, quia Ioan. 1. Baptista semel, & iterum de Christo dicit *ipse est qui ante me factus est*: quod non potest valere de Christo quoad diuinitatem, cum sit sic genitus sit, non factus. Valet ergo de Christo quoad humanitatem, quæ facta dicitur ante Ioan- nem, quia materia Christi fuit in Adamo, longè ante procreatum Baptistam. Tandem argumentatur quia Proverb. 18. dicitur *lustrus primus in lue sua, venit amicus eius, & inuestigabit eum*. Qui locus iuxta traditionem quandam Hebraicam, hunc sensum habet. Primus homo est mater Messie, quæ insinuat est peccati in suo conceptu. Sed Deus eius amicus, causa inuestigata, atque discussa, tulit pro ea sententiam. *Primum hominem* Hebræi prædicti vocant Deiparam, quia prima producta est in genere humano ratione illius portionis, de qua supra; & eadem ex causa, vocant Deiparam. *Pertam parturiam*. Cui in Adamo formaliter posita, de mandato Dei accidisse omnes Angelos statim, ac Adamus conditus est, traditionem esse Hebræorum ait Galatinus.

Refelluntur.

22. Hæc omnia (ut libere dicam,) mera somnia sunt Rabbiorum, quibus miror Catholicos scriptores adeò simpliciter adhæsisse, nec advertisse quàm nulla ratione nitantur. Nam quod Adam dixerit nato Setho, *posui mihi Deus semen aliud*, ad susceptum innocenti Abeli Sethum pertinet, non autem ad nescio quod semen extraneum, intra Adam delitescens, de quo cognoverit post annos 130. Similiter Christus dicitur factus ante Ioannem, id est, ei prælarus & antepositus, dignitate scilicet, & gradu, non productione. Quod verò Proverb. 18. Iustus, ut nostra editio vulgata habet, dicatur prior accusator sui ne per somnium quidem suffragatur imaginationi illi de primo homine qui sit mater Messie, eidem in Adamo exhibitæ, omnes Angelos accidere insos, Rabbini- ca nugacitas est; quamvis obiectum Christum Angelis adorandum an-

Theoph. Raynandi Christum

te conditum primum hominem; & rebellantem Luciferum in Satanam degenerasse, probabilis sit Theologorum multorum opinio, de qua alibi. Nemo tamen Theologus fabulatus est, proposito Adamo iustos Angelos latentem formaliter in eo Deiparæ materiam venerari. Imò S. Thomas hoc Rabbiorum delirium referens, damnat illud erroris in 3. d. 3. q. 4. art. 2. illudque etiam explodit 3. p. q. 3. 1. art. 6.

Quare reiecto eo commento dicamus, eatenus tantum eundem hominem qui conciderat, reparasse calamitatem generi humano illatam, quatenus idem specie homo Adamo similis quoad substantiam, & ab eo mediante matre derivatus, rescivit damna per primum hominem generi nostro illata. Dixi [mediante matre.] Quia ipse Christus non fuit ex Adamo secundum aliquid signatum corpulentæ substantiæ, siue materiæ suæ: (hoc enim quis affirmare possit, vel de atomo substantiæ Christi, tot ab Adamo ad Christum interpositis resolutionibus materiæ, quam Adam transfudit in primam prolem suam, à qua exoriturus erat Christus.) Quin etiam non fuit Christus ex Adamo secundum specialem rationem, qua ratione nos omnes sumus ex Adamo, quamvis nulla signata particula materiæ, quæ in Adamo fuit ad nos derivetur. Ac Christus quia Filius est hominis, non hominum, neque ex sanguinibus, aut ex voluntate carnis, & vii (vtriusque inquam coniugis,) sed ex Deo natus est, eatenus tantum ex Adamo progenitus dici potest, quatenus mediata accepit esse per virtutem generatricem Adæ, & aliorum ab Adamo descendentium usque ad B. Virginem. Ex quo vides litem quæ apud aliquos feruet circa propositionem illam [Christus est homo Adamicus] esse reuera litem de nomine, nec reprobari à quibusdam Doctoribus, nisi quia suspicantur sensum eius esse, quod Christus sit ex Adamo progenitus more ordinario, & interposita virili opera. In sensu autem quem indicamus, nemo eam iure refugerit.

23. Hæc in presentia de hac re attingisse sufficiat, tantum ut constet identitatem humanitatis Christi, & eius quæ in Adamo fuit non aliter esse accipiendam, quàm penes eandem specie Adami & Christi humanitatem, ex humano corpore & anima connaturaliter vincularis compactam, quæ sunt extrema primæ substantialis compositionis, de qua supra. Paucæ porro, vel etiam nulla sunt, quæ præterea hoc loco de extremis ea unione nexis, hoc est de Christi corpore, & anima pro ut ad hanc primam substantialem intra Christum compositionem intervenientibus, dicenda occurrant. Nam de eorum veritate satis supra actum est, monstrando contra hæreticos esse in Christo verum humanum corpus, & veram humanam animam. Id quod etiam perspicue sequitur ex constitutis quod Christus sit verus homo; Nam verus homo ex anima verè humana, & corpore item verè humano, compingitur. De perfectione verò etiam naturali & animæ & corporis Christi, agendum infra erit post expositam alteram in Christo compositionem substantialem, cuius intuitu ea perfectio collata est. Item de iisdem prout assumptis à Verbo, plenè agendum erit tractando compositionem illam secundam. Quare vix quicquam hoc loco occurrit, siue circa corpus, siue circa animam Christi, quod ad hanc primam compositionem spectet, & discussione indigeat.

versus doctrinam propositam.

Tantum ex eo quod Verbum assumpserit corpus nostrum, eruanus usum doctrinæ ab Eucherio propositæ hominibus de sancto Latrone. [Caveamus (inquit) ne corpori illius quod de nostro Christus assumpsit, iniuriam, faciamus in nostro corpore: caveamus ita peccatis & criminibus vitam ponderare, ut ad nos non

F 3 relpi

respiciat Prophetia illa terribilis: non enim est, inquit, Deus in conspectu eius: pollutumque via eius in omni tempore, auferuntur iudicia tua à facie eius, Irremediabile periculum est, sic aliquem vitii & cupiditatis frena relaxare, ut se rationem Deo non meminerit redditurum: quia puto magna sit iam pœna peccati, metum ac memoriam futuri perdidisse iudicii, non nobis ita dulcia sint pauperum spolia, postmodum nimis amaricatura. Nihilominus, sicut dictum est refugiamus alienæ carnis abominanda contagia: vitemus obscœna inimicæ voluptatis mendia. Hæc qui agit charissimi, de stipula ac lignis iniquitatum perpetuos succendit ignes, & nunquam concinnat vapores,] præfertim quia memor est quantum carni suæ à Deo assumptæ debeat reuerentiæ, ut bene ibidem præmiserat Eucherius, Chrysostomus etiam hom. 18. in 1. Cor. ad illud *Glorificate & portate Deum in corpore vestro*, hunc propositæ doctrinæ fructum, insigniter eruit.

CAPVT II.

Illata de humanis Christi facultatibus,

24. **E**Vit igitur in Christo natura nostra substantia-liter plena, & integra, quæ ex animæ & corporis confectione existit. Cum autem natura humana, ut & cæteræ omnes, suis aliquibus facultatibus, siue potentiis & proprietatibus instructi debeat tanquam connaturalibus substantiæ appendicibus cohererentibus ad ornatum substantiæ, & ad subleuationem substantiæ actiuitatis; consequens est, ut eas Christo non defuisse statuamus, sed quotquot in nobis potentiæ siue corpori siue animæ insidentes gradum aliquem animæ affectantur, easdem in Christo locum habuisse concedamus.

Humana potentia, in Christo.

Prædictas proprietates Christo non defuisse, & ratio tacta continet, & Patres vno ore agnoscunt. Nec de his proprietatibus agebat, easve inficiatus est Gregorius Nyssenus, cum dixit [Quemadmodum acetii gutta in mare proiecta, non retinet amplius acetii proprietates, sed transmutatur, induitque proprietates aquæ; sic & sanctissimum Christi corpus cum diuinitate commixtum, non habet amplius proprietates carnis.] Quibus verbis abusos Eutychianos, sæpè refert Anastasius in *ediplo*, & nominatim c. 13. ubi ea sic exponit [quando audis Doctorem asserentem, Christi carnem non constare amplius proprietatibus carnis, sic accipe humanam illam naturam à Christo assumptam, non amplius subiacere illis molestiis, quæ corpori nostro ex peccato euenerunt: sed per vñionem cum diuinitate, & per resurrectionem post triduum factam, sanctissimum Christi corpus in melius commutatum ac reformatum esse: neque iam prioribus corporis conditionibus & affectionibus subdi. Non enim amplius est mortis & corruptionis capax non mutationis, non laboris ac molestiarum, neque egestatis, sed transmutatum est ex mortalitate in immortalitatem, ex corruptione in incorruptionem; & materiale, euasit immateriale; carnale Spirituale; patibile, impatibile; fluxile; omnis fluxus expers, fami obnoxium, supra omnem famem. Aqueum, absque aqua. Egenum, nullius indigum: spissum, tenue, & subtile. Temporarium, æternum: non tamen in circumscriptum; non expers figuræ, non immobile, non intabile, non inaspectabile, non increatum, non absque principio. Hæc enim solius diuinitatis proprietates sunt.] Vides, Nyssenum interprete Anastasio, de aliis proprietatibus humanis agere quam de iis, quas Christo hic vendicamus; & illam ipsam connaturalem corpori humano temperiem,

eiusque corollariæ, quæ negare videtur corpori Christi, vñio personæ Verbi, non absolute ab eo negari, sed tantum prout sunt exuuiæ peccati, & eius corollaria dedecentia sanctissimam, & vñdeconque nitentissimam humanitatem Verbo vñitam.

Sunt porro potentiæ illæ, quas hic Christo ex perfecta eius humanitate tribuendas colligimus, quæ gradum aliquem animæ affectantur, atque adeo vel vegetatiuæ, ut nutritrix, auctrix, generatiua, vel sensitiuæ externæ quinario vulgato comprehensæ; vel internæ, quarum vna cognoscens, alia appetens, & tertia vtri-que subordinata motrix progressiua corporea: vel denique rationales, nempe intellectus, ac voluntas, easque consequens motrix facultas inorganica: quarum distinctionem ab inuicem, aut ab anima, hic non moramur, illud duntaxat solliciti, ut non aliter de eis in Christo, quam in aliis hominibus philosophemur, easque omnes ut in nobis, sic in Christo perfectam humanitatem nacti admittamus iuxta illud Athanasij [perfectus Deus, perfectus homo,] quod non tantum de perfectione quoad substantiam, sed etiam de perfectione quoad accidentia homini connaturalia consequentibusque cum proprietates, valere debet. Et verò si humanitas supponatur perfecta secundum substantiam, quomodo non ex ea progerminabunt accidentia omnia naturaliter ad eam fluere apta? Aut vnde esset in Christo, monstrositas ex accidentium connaturalium effluxu inhibito, vel exclusionem? Sed dicamus aliqua sigillatim.

Sigillatim vendicæ Christo facultates vegetatiuæ.

25. De potentiis vegetatiuis, nutritæ, & auctricæ, non inuenio qui dissenserint. Quamquam quod apud Gregorium Neocæsariensem Anathematismo 3. damnantur qui dixerint Christum assumpsisse hominem perfectum instar cæterorum Prophetarum: eo refert scholastes Canisius tomo 3. antiquæ læt. vt sensus sit, damnari aliquos qui Christum corpore subito perfectum apparuisse affirmarent, qualis fuit Adamus iam ab initio formationis suæ, & quales erant qui ad prophetandum assumebantur; tamen neminem nominatim reperio, qui illi errori sit assipulatus. Et est reuera, error exploratus. Nam Lucas expressè testatur, Christum corporaliter creuisse, & confortatum esse, quæ sunt munera harum facultatum: vel potius munus vñius facultatis. Neque enim distinctæ re ipsa sunt facultates, quibus quantitas maior & substantia acquiritur, nec duobus motibus in duo illa obiecta tenditur, sed per vñicam facultatem, coniunctim, & noua quantitas, & eidem substrata noua substantia comparatur, quæ vi motus illius maior semper est quantumcumque denominatio maioris substantiæ, aut maioris quantitatis in ætate certa, tollatur per comparisonem ad deperditionem concomitantem, quæ maior est quam acquisitio. Verùm de hac re alibi. Nunc satis est, exploratum haberi, Christum sensum adoleuisse: ita namque deuit sensum progredi eum qui omnem ætatem ortu suo sanctificatus venerat, ut pulchrè dixit S. Iren. l. 2. c. 19. Ex quo autem iusta magnitudinis factus est, & terminos consistentiæ attingit, nutritus tamen est per reliquam vitam vniuersam; & quantitatem alimentadiunxit præiacenti suæ quantitati; quod cum spectet ad vim nutriticem & auctricem, dubium esse non potest, quin per vniuersam vitam facultates iis muneribus respondentes obtinuerit, æquæ ac nos obinemus.

26. Erit qui opponat, Christum post resurrectionem quoque comedisse, nec tamen nutritum, vel auctum esse. Vnde inferri videtur posse nullum suppetere pro vera Christi nutritione, & ei nexa augmentatione argumen-

Dissoluantur.

mentum, quod ex facto dumtaxat peti potest, sine eo quod Christus legatur comedit. Antecedens, in quo solo potest esse tergiversatio, diserte traditur a SS. Basilio, & Gregorio Theologo in ea fidei confessione, quam ex ipsis repræsentant Henricus Canisius homo 3. antiqu. l. c. sic enim habent duo illa Ecclesiæ lumina. [Et si Christus cibum gustavit post resurrectionem, non tamen lege corporis, sed æconomice, ut probaret carnem illam esse quæ erat ante resurrectionem, & non aliam. Non enim in ventrem & in matrem, acque in secessum ibat; absit. Imo caro diuina, post resurrectionem mutata est à materiali in immaterialem, & à possibili in impossibilem: non tamen in corruptibilem, aut intangibilem, vel inuisibilem: alioquin quomodo visus esset discipulis post resurrectionem? Quomodo dixisset Thomas, Tange me? Cibus enim quem sumpsit totam discipulis, si quis quærat, quid abierit. Respondemus, sicuti cera appropinquans igni liquefit, & desinit esse, sic cibus ille adhibitus carni incorruptibili, & pyrophoro Dei resuscitati.] Non dissimilia alij PP. & interpretes ad ea Evangelij loca, quibus eiusmodi comestio Christi rediuiui referuntur. Respondendum est, quamuis ita res habuerit post resurrectionem, non tamen ante illam per vniuersum tempus vitæ Christi viatoris. Idque recte colligebatur ex actu manducandi, qui per illud tempus non potuit eodem dirigi quò post resurrectionem. Per tempus namque vitæ mortalis, non spectabat nisi nutrimento, alioquin fuisset actus Phantasticus, & confictus. Vnde ex eo actu per tempus vitæ mortalis exerceito à Christo, inferitur Christi nutritio, & ei saltem per se abunde augmentatio. At post resurrectionem, comestio directæ est aliò, nempe ad contestandam carnis rediuiui veritatem.

Rationes Damasceni, negantis Christo facultatem generatiuam.

27. De vi generatiua, difficultatem facit, quod habet S. Damasc. orat. quomodo ad imaginem Dei facti sumus *sub medium*. Quamuis enim sit meridiana luce clarius, Christum Regem virginum, non modò virginis reiterationem (etiam licitam) non sustinuisse, sed etiam ab omni huiusmodi opere planè abhorruisse: ac ne calumniam quidem in eo genere admisisse: tamen de fuisse Christo vim generatiuam, quod affirmat S. Damascenus, hoc est quod videtur non posse alieni falsa fide, quæ eam quoque humanæ naturæ facultatem, desiderat in Christo non finit. Verba Damasceni sunt (vim gignendi Christus non habuit, propterea quod stabiles sunt & immutabiles diuinæ personarum proprietates, fierique non potest, ut Pater, aut Spiritus efficiatur Filius. Itaque hominis Filius factus nō est, sed solius Dei, ut immutabilis proprietates permaneret. Præterea persona cum persona eiusdem naturæ permisceri solet: non est autem alia eiusmodi persona Filius Dei, & hominis, nisi Christus. Iam verò, ut sit hæc permixtio naturæ consentanea ad hominum genus explendum, at necessaria non est; præsertim cum fieri possit, ut homo sit, & viuat sine illa contrarietate, multique extiterunt homines, qui nunquam huic voluptati operam dederunt.) Hæc verba non video quomodo exponi possint, ita ut veritati Catholicæ non officiant. Quare tamen si de Christo eum vbisualis, tum in his maximè rebus, verecundè semper, ac honestè agendum est, tacendo omnia non necessaria; tamen ne veritas fidei periclitetur, videtur prædictis rationibus occurrendum, & quia postremæ faciliores expeditæ sunt, ab eis ordiar.

28. Postrema ergo illa ratio, dumtaxat probat Christum Virginem semper vixisse, quod est extra dubium. At non probat Christum generatiua facultate caruisse. Quin potius qui ea facultate destituitur, siue ob defectum organi alicuius, siue ob eius indispositionem, monstrosi habentur, & inter humanæ naturæ oblationes numerantur, quod absit ut de Christo admittamus. Secunda item ratio, est admodum inanis. Nam persona habens humanitatem, quæ per extraneam supposititalitatem substat, perinde posset cum persona purè humana misceri ad vsum facultatis generatiuæ, ac si supposititalitate conaturali terminaretur; quia vis generatiua, omnisque conueniens, aut necessarius ad eam apparatus, spectant naturam, non personalitatem. Tandem 1. ratio ut sit efficax, supponit si soboles per Christum susciperetur, necesse fore eiusmodi sobolem eiusdem cum Christo rationis esse, atque adeò diuinam aliqua supposititalitate terminari; non quidem Christi, ne duo inuehantur Dei filij, sed Patris, aut Spiritus Sancti: ex quo illud inferri videtur absurdum, Patrem, aut Spiritum Sanctum in eo euentu dicendos esse Dei Filios. His ergo absurdis declinandis, inferre ea 1. ratio, dicendum potius esse, Christum generandi facultate destitui. Verùm hæc ratio, imprimis falsò assumit, sobolem si à Christo susciperetur, suppositandam necessariò esse diuinis. Id enim falsò proflus assumitur ut bene statuit Agapides Romanus quodlib. 2. q. 3. ad.] Imò excludendo grande miraculum, proles sic suscepta, esset purè humana, & supposititalitate creata terminaretur. Deinde quamvis diuinis suppositanda esset, parum admodum virgeret æquiuocatio quæ timebatur inducenda, si Pater aut Spiritus Sanctus denominarentur Filij, & ob quam solam asserbatur impossibile, Patrem, aut Spiritum Sanctum terminare naturam eius, qui secundum humanitatem esset Filius, Christi. Non enim si Pater eam terminaret, verum esset, Patrem esse Filium in Deitate, sed tantum quoad humanitatem, in quo nihil absurdi esset. Tandem facile quoque esset dicere, naturam sobolis sic susceptæ terminandam fore per substantiam filij, ut ei à quo prodiret conformaretur. Ea enim substantia ob infinitatem suam potest innumeris naturis terminandis sufficere. Atque ita qui ratione naturæ suæ humanæ esset Filius Filij seu Verbi diuini per humanitatem suam operantis, esset ipsummet Verbum quoad suppositum. Qua in re nulla est absurditas.

29. Non astipulatur ei sententia, quam nunc ex Damasceno retulimus, Tertullianus l. de Monog. c. 3. Christum vocans spadonem, verbis illis [Sed an onerosa Monogamia, viderit ad huc impudens infirmitas carnis. An autem noua, de hoc interim constet. Illud enim amplius dicimus, etiam si totam, & solidam Virginitatem siue continentiam, Paracletus hodie determinasset, ut ne vnus quidem nuptijs feruorem carnis despumare permetteret, sic quoque nihil noui inducere videretur ipso Domino spadonibus aperiente regna cælorum, ut & ipso spadone: ad quem spectans & Apostolus, propterea & ipse castratus, continentiam mauult.] Non inquam hæc Damasceni placito astipulantur. Sensus enim tantum est, Christum in totum innuptum permanisse, ut idem Tertullianus loquitur capite 3. illiusmet libri. Sicut enim in Evangelio qui continentiam plenam & absolutam propter Deum profitentur, dicuntur se castrasse propter regnum cælorum; ita Tertullianus, salua vi generatiua ob solam plenissimam puritatis professionem, Christum spadonem nominavit; Apostolum verò castratum.

Rationes cur Christum abstinere à carnali procreatione decuerit & ad eum modum, viuere spadonem,

multas profert Ægidius Romanus quodlib. 1. q. 3. Sed illa insignis quam S. Basilus l. de vera Virginitate, his verbis proposuit. [Quod incorruptibilis vita semen est terris ad celum transferendum singulari gloria, Virginitatem Dominus noster esse voluerit, & incorruptionis honestati per integerrimam castitatem corpora nostra consuecere, ex eo in primis constat, quod cum legi in omnibus obtemperavit, solum coniugium tenuit. Oportebat enim ut qui ex intemerata Virgine, incorruptus etiam secundum carnem natus erat, ne coniugij quidem corpoream experiretur corruptionem. Ceterum à corruptis per iugalem copulam, naturali integritati nostræ incrementa suppeditans, quemadmodum Adam præsentis vitæ semen, per coniugij voluptatem fuerat, ita & ipse semen futuri seculi per virginitatis fieret integritatem: ut sicut illum per matrimonium fecerentem humanum genus, hominem in terrena vita secuti sumus, ita & Dominum per virginalem puritatem, futurum seculum seientem, prudenter sequeremur.] Gemina his sunt quæ leguntur apud Basilij germanum, Gregorium Nyssenum l. de vera Virginitate. c. 1. ubi etiam illud præclare addit, voluisse Christum Virginem ex Virgine nascentem nos docere qua via & modo Verbum Dei cum anima Christiani cuiusvis sit copulandum. Quod enim in assumptione humanæ carnis semel facta in Virginis inviolatæ corpore perfici voluit, hoc in vniuersiusque anima interueniente amore puritatis, faciendum monstravit in ijs qui vitæ Virginis ducem Christum sequerentur.

Potentia sensitiva, in Christo agnoscenda.

30. Pergo ad potentias sensitivas, easque subordinatas appetitivam, ac motricem progressivam organicam, ab inorganica, de qua postea, planè distinctam, quas omnes Christo inexistisse, de fide est, ex generali principio supra posito, quod scilicet debeant Christo concedi omnes proprietates humanitati connaturales, ut philosophatur S. Damasc. Orat. quomodo ad imaginem Dei facti sumus, & Orat. de natura composita, & alia oratione de duabus Christi voluntatibus, cuius initio illud ponit quasi effectum, ex quo res hæc perspicuè evincitur. [Omnis res quæ ex duabus naturis constat, naturarum illarum proprietates necessariò complectitur, etiam si in earum coniunctione quadam videatur esse confusio. Nam cum ignis calidus, & siccus sit, aqua frigida & humida; tamen cum ex quatuor elementis constaret corpus, quatuor habet qualitates, calorem, frigus, siccitatem, & humorem: in quibus si temperatio quadam spectetur, necesse sit eorum quæ concreta sunt, naturales proprietates perspicui: quanto magis in ea coniunctione quæ ab omni confusione abest, distatque plurimum?] Argumentum est planè validum. Si enim natura, etiam reclusa & formaliter abolita, confert suas proprietates mixto, quanto magis humanitas in Christo superstes, omnes suas proprietates sortitur? Nec verò difficile esset cum eodem Damasceno, veritatem omnium prædictarum facultatum in Christo asserere, observatione actuum ab eis productorum, quorum mentio frequens est in Evangelij, sæpè memotantibus sensationes, & progressiones Christi Domini. De appetitu sensitivo, triplex argumentum ad eum Christo vendicandum suggeret Durandus in 3. d. 17. q. 1. n. 7. sed in re clara non prodigo operam.

Item rationales, nominativum voluntas contra Monothelitas.

31. Restant potentie rationales, intellectus scilicet, & voluntas, easque consequens vis motrix inorganica. Sed de intellectu quidem, seu mente Christi, nulla

vnquam rixa fuit, nisi cum Apollinari, Christum amentem statuentem, quandoquidem Christum mente, amentissimum ipse priuabat. Sed hunc Apollinatis errorem satis supra contriimus, monstrantes Christum animam humanam fuisse prædicum, ad quod aperte consequitur, ut intellectu quoque humano, siue mente non fuerit destitutus. Et efficacissimum præterea veritatis huius argumentum infra occurret, ex actionibus intellectus creati verè Christo tribuendis. Nam ubi est connaturalis operatio, liquet agnoscendam esse facultatem actus illius elicitive, Indubitatum ergo esto, fuisse in Christo mentem humanam; meritoque specialiter hac in parte Apollinarium exsiliant varij Patres.

De voluntate autem, longum & acre certamen Ecclesiæ fuit cum Monothelitis. Ita enim nominati sunt, non autem Monothelitæ, à Monotho autore, ut ineptie quidam apud Castum v. Christi hæresi 6. Aiebant itaque Monothelitæ, quod & ipsa vox sonat, vnicam fuisse in Christo Domino voluntatem. Verum cum nomen [voluntatis] polyonimum sit, difficultas aliqua fuit, quæ ratione vnicam in Christo voluntatē astuerent Monothelitæ. Ut enim notat S. Damasc. Orat. de duabus Christi voluntatibus. nomen voluntatis, interdum significat rem volitam, ut cum dicitur Matth. 6. *Erat voluntas tua.* 1. quod vis. Et Matth. 11. *quicumque fecerit voluntatem Patris mei,* 1. quod pater vult. Aliàs verò voluntas significat actum volitionis, ut Rom. 10. *voluntas cordis mei & observatio.* & Matth. 18. *non est voluntas apud Patrem vestrum.* 1. non vult Pater vester. Tandem sumitur etiam voluntas pro facultate volendi, siue pro actu primo, habente rationem potentie respectu animæ rationalis, ut cum 1. Cor. 7. dicitur *non habent necessitatem autem habent suam voluntatem.* Ambiguum ergo apud aliquos est, an Monothelitæ vnam in Christo voluntatem statuentes, de actu secundo, vel de primo loquerentur; hoc est an in Christo actum volendi duplicem vel duplicem ad volendum potentiam & facultatē in actu primo spectatam, sint inficiati. Et sanè Agatho Papa in epistola ad Constantinum Imperatorem, quæ refertur in 6. Synodo Act. 4. cum Monothelitarum præcipuos retulisset, & eorum dicta quadam protulisset, subdit, eos confusè admodum, & inconstanter in hac parte sensisse. [Variè (inquit) eorum, & instabiles definitiones in scriptis, asseuerant modò vnam voluntatem, & vnam operationem, modò nec vnam nec duas operationes, modò vnam voluntatem, & operationem, & rursum duas voluntates, & duas operationes, itémque vnam voluntatem, & vnam operationem, & denuò nec vnam, nec duas, & aliàs vnam, & duas.] Sicut ergo de vna, aut multiplici voluntate, tam variè senserunt, calidum, frigidumque ex eodem ore efflantes; ita circa voluntatem pro actu, aut facultate acceptam, confusè, & inconstanter sentire potuerunt.

Agebant de voluntate, in actu primo, & secundo.

32. Mihi in scopum quo vniuersa hæc hæresis collineabat, intendenti, & id quod præse ferebant consideranti, perspicuum videtur, Monothelitas, & facultatem, & actum facultatis duplicem in Christo sustulisse. Præse ferebant enim magnum studium seruandæ Christi sanctitatis, cui timere se præse ferebant si actus liberos humanos Christo concederent.

Possent namque huiusmodi actus repugnare diuinæ voluntati, ex quo Christum peccati labes incurreret. Hoc Macarius Patriarcha Antiochenus Monothelita in sua fidei professione, quæ habetur in 6. Synodo act. 8. explicatissime tradit. Vides autem ad præsentum illud omnimodæ Christi sanctitatis studium, requiri non modò ut humanæ Christi volitiones, sed etiam ut voluntas earum profusiva, negetur Christo.

iam

sponderit Honorij defensionem, itemque Hieronymus à Rūa controu. 3. Scholast. initio; Canus autem, magister verax, & non respiciens personam hominum lib. 6. de locis c. 8. ad vndecimum rotundè ac liberè pronunciet Honorium excusari non posse à Monothelismo. Nititurque præsertim testimonio epistolæ Leonis Papæ ad Constantinum Augustum, quæ Leo robusta voce in Honorium infremat, verbis illis. [Anathematizamus Theodorum, Cyrum, Sergium, Pyrrhum, Paulum, Petrum, nec non & Honorium qui hanc Apostolicam Ecclesiam non Apostolicæ traditionis doctrina illustravit, sed profana prodicione immaculatam fidem subvertere conatus est.] Addit Canus suffragium quoque Adriani secundi, qui in 8. Synodo, agnoscit Honorium ab Orientalibus ob hanc hæresim fuisse damnatum, de consensu Romani Pontificis.

Expeditur quoad illa Honorij scripta quibus vnam Christi voluntatem posuit.

36. Verum ne in Honorium Canus theoninum infingeret, sed cassis tantum latratibus eum appeteret, effecere qui valide illum repulerunt Bellarminus l. 4. de Rom. Pontific. c. 1. Baron. anno 63; à num. 24. & anno 681. à n. 11. Coccius t. 1. l. 7. art. 1. 3. Onuphrius in additionibus ad Platinam in Honorio 1. Schotus ad Cod. 19. Phorij. Duallius tract. de Pontif. parte 2. q. 4. Coquæus in antidoto contra Mornæi oppositionem 23. & alij rectè asserentes Honorium hac in parte calumnia Græcorum granarum esse, qui erubescens de tot suis Patriarchis Constantinopolitanis, Antiochenis, & Alexandrinis in hac ipsa Monothelismi causa damnatis, verbum vnum sana mente, & optimo sensu ac apostolicè ad interrogationem factam, ab Honorio prolatum, detorsit ad sensum hæreticum, & Honorium ea de causa fide Græca inter damnatos in 6. Synodo obtulerunt. Verbum Honorij prædictum cuiusmodi sit, interest cognoscere. Cripierat ad eum Sergius Constantinopolitanus tunc nondum detectus hæreticus, epistolam quæ refertur in 6. Synodo actione 12. obtinens assertionem [duarum operationum multos scandalizare.] Addideratque, [insuper, & consequens ei est, prædicare duas voluntates contrarietatem circa inuicem habentes, tanquam Deo quidem Verbo salutarem volente adimpleri passionem, humanitate vero eius, obliuente eius voluntati, & resistente, & perinde duo contraria volentes introduci, quod impium est. Impossibile quippe est in vno, eodemque subiacenti, duas simul, & erga hoc ipsum contrarias subsistere voluntates. Nam salutis voluntas gerentium Patrum doctrina operæ pretium instruit, quod nunquam intellectualiter animata Domini caro, separatim, & ex appetitu proprio contrario nutui vniti sibi secundum subsistentiam Dei Verbi, naturalem motum suum efficit, sed quando, & qualem, & quantā ipse Deus Verbum volebat.] Hæc cum accepisset Honorius priore data ad Sergium epistola respondet, esse in Christo vtramque sub vna persona Diuinam naturam; Deitatem inquam, & humanitatem, quarum hæc ita sit Verbo iuncta, ut quæ sunt carnis tribuantur Deo per communicationem idiomatum. Tum addit. [Vnde & vnam voluntatem faciemur Domini nostri Iesu Christi, quia profectò à Diuinitate assumpta est nostra natura, non culpa: illa profectò quæ ante peccatum creata est, non quæ est præuocationem vitiata.] Et mox post plura in eandem sententiam. [Non est itaque assumpta, (sicut præfati sumus), à Salvatore, vitiata natura, quæ repugnaret legi mentis eius, sed venit quærere, & saluare quod perierat. i. vitiatam humani generis naturam. Nam lex alia in membris, aut voluntas diuersa non fuit, vel contraria Saluatori, quia super legem natus est humanæ conditionis. Et si quidem scriptum est

non veni facere voluntatem meam, sed eam qui misit me Patris. Et, non quod ego volo, sed quod in vis Pater, & alia huiusmodi, non sunt hæc diuersæ voluntatis, sed dispensationis humanitatis assumptæ. Ita enim propter nos dicta sunt, quibus dedit exemplum, ut sequamur vestigia eius prius magister discipulos imbuens, ut non suam vnusquisque nostrum, sed potius Domini in omnibus præferat voluntatem.]

37. Ex his liquet, & vnde Honorio stricta sit calumnia, & quàm ille longè alia cogitaret ijs verbis, quæ deprauiant aduersarij; nempe quibus dixit [vnam esse in Christo Domino voluntatem.] Honorius enim ut quæ ex eo retulimus, manifestissime monstrant, noluit vnicam in Christo facultatem voluntatis, vel vnicam volitionem statuere, sed aduersantes tantum in Christo voluntates, quales in nobis sunt inuicem cōpugnantes, à Christo voluit excludere. Hoc plane modo Honorij purgavit Ioannes IV. qui interfecto damnata petreui Severini pontificatu, proxime Honorio successit, & iactatam à Pyrrho in Honorium calumniam, scripta pro eo apologia ad Constantinum Imperatorem filium Heraclij, diligenter diluit. Habetur in nuper editis Anastasij Bibliothecarij Collectaneis. Partem quæ huc maxime facit adscribere non erit inutile. [Nos qui per præuocationem, & peccatum illius nascimur, duas contrarias voluntates habere dignoscimur: duas autem dico, mentis & carnis inuicem relinquentes, sicut idem Beatus docet Apostolus: Caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Hæc autem sibi inuicem aduersantur, ut non quæcumque vultis, illa faciatis. Et hoc omne humanum patitur genus sub peccato constitutum.] Confirmat hoc nonnullis scripturis, tum subdit. [ergo vnus, & solus est sine peccato mediator Dei & hominum homo Christus Iesus, qui in mortuis liber conceptus, & natus est. In dispensatione itaque sanctæ carnis suæ, duas nunquam habuit contrarias voluntates, nec repugnauit, voluntati mentis eius, voluntas carnis ipsius, neque enim habuit quodcumque peccatum, qui venit dimittere peccatum mundi, quemadmodum & ipse dixit: Quis ex vobis arguet me de peccato? Et alias aliter ait, venit princeps mundi huius, & in me inuenit nihil. Vnde scientes quod nullam, in eo, cum nasceretur, & conuersaretur, esset omnino peccatum, decenter dicimus, & veraciter confitemur, vnam voluntatem in sanctæ ipsius dispensationis humanitate; & non duas contrarias mentis & carnis prædicamus, secundum quod quidam hæretici velut in puro homine delirare noscuntur.] Nempe Nestoriani, qui Christum stantes hominem purum, pugnam illi aduersantem carnis, ac spiritus voluntatem, æquè ac in nobis assegebant. Idque Honorius priore ad Sergium epistola subuerit se in duarum Christi operationum affectione distetere profiteretur sub fine epistolæ. Et ex S. Anastasio Sinaita c. 1. ad 17. pap. 13. constat fuisse qui eum impij sensum duas Christi voluntates, & operationes detorquebant, & Catholicis duas Christi voluntates, & operationes agnoscenribus impingerent: quod tamen neque daemones asserere de Christo ausuros, affirmat Anastasius. Subdit Ioannes Papa. [Secundum hunc vigentem modum, iam dictus decessor noster prænominato Sergio Patriarchæ percontanti scripsisse dignoscitur, quia in Salvatore nostro due voluntates contrariæ, id est in membris ipsius penitus non consistunt, quoniam nihil vitij traxit ex præuocatione primi hominis. In nobis enim, non in eo, coaptatur quod scriptum est, scio enim quia non habitat in me id est, in carne mea, bonum. Et iterum: Non quod volo bonum hoc ago, sed quod nolo malum, hoc facio, si autem quod nolo malum illud facio, non iam ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. Et post hæc: Vnde enim aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ & captiuantem me in lege peccati, quæst in membris

membris meis. Hinc ergo hæc duæ contrariæ voluntates mentis & carnis, quas Apostolus docet, in nostro nequaquam Salvatore fuerunt, eò quod hic luctaminis summus, ex præuicatione protoplasti sumpsit initium: quoniam à Redemptore nostro natura suscepta est, non criminis culpa.]

Et infra. [Prædictus ergo decessor meus, docens de mysterio incarnationis Christi, dicebat, non fuisse in eo, sicut in nobis peccatoribus, mentis & carnis contrarias voluntates: quod quidam ad proprium sensum conuertentes, diuinitatis eius, & humanitatis vnam eum voluntatem docuisse suspicati sunt; quod veritati omnimodis est contrarium.] Non potuit clarior, luculentior, & fortius Honorium à calumnia liberare.

8. Eadem planè ratione Honorium purgat S. Maximus epistola ad Marinum presbiterum, cuius ad hoc sensus longum fragmentum in ipsius Anastasij collectionis exhibetur. Expedit enim S. Maximus Honorij verba eodem prolixo modo quo Ioannes Papa; & sic non secus Honorium vnam in Christo voluntatem habuisse, quam S. Athanasius esse in Christo solam diuinitatis voluntatem dixit; quia scilicet humana Christi voluntas, perfectè, conformabatur diuinæ, nec vnamquam aduersus istam refractaria rebellabat; additque sub eiusdem fragmenti finem S. Maximus, Græcos Monothelitas Honorij epistolam græcè editam, fermentatè appositione viciose mixturæ. Denique in disputatione contra Pyrrhum idem S. Maximus, affirmat Honorij scribam tunc temporis adhuc superstitem, qui cum sub Honorio epistolam composuerat, quem totum Occidentem eum alijs virtutibus, tum dogmatibus fidei Christianæ illustrasse ait, ex persona Ioannis Papæ, (i. vt sequentia demonstrent, voluntate, & mandato; Non enim nomine Ioannis scribere potuit ad Constantinum, se olim sub Honorio hoc illud dixisse, nisi idem ipse tunc scriba, fuisset postea Ioannes Papa IV.) Eum inquam Honorij scribam S. Maximus ex persona Ioannis Papæ sic scripsisse ait ad Constantinum Imperatorem [vnam voluntatem distinctam in Domino, non diuinitatis eius & humanitatis, sed humanitatis solius. Cum enim Sergius scripsisset, quod quidam duas voluntates in Christo contrarias dicerent, diximus, Christum non duas voluntates contrarias habuisse, carnis inquam & Spiritus, sicut nos habemus post peccatum: sed vnam tantum, quæ naturaliter humanitatem eius signabat.] Nihil clarior, efficacior in rem præsentem adduci potuit.

Purgatur Honorium, quoad silentium de bina Christi voluntate inditum.

39. Sufficiens est ergo quoad illa prioris epistolæ verba, quibus vnam Christi voluntatem affirmabat, purgatus videtur Honorius. In secunda verò epistola, silentium quidem indicit & vnius, & duarum Christi operationum, ne vel Nestorianis dualitate operationum approbata, vel Eutychianis admissa vnica operatione aliqualiter videretur, vt diserte contestatus erat priore epistola. Tamen reipsa duas Christi operationes admittit, verbis illis, quæ ex fine eiusdem posterioris epistolæ describuntur in 6. Synodo Aët. 13. [Debemus propter simplicitatem hominum, & amputandas inextricabiles questionum ambages, sicut superius diximus, non vnam vel duas operationes in mediatore Dei & hominum definire, sed vtrasque naturas in vno Christo vnitate naturali copulatas, cum alterius communionem operantes atque operatrices confiteri debemus: & diuinam quidem, quæ Dei sunt operantem: & humanam, quæ carnis sunt exequentem, non diuise neque confusè aut conuertibiliter Dei naturam in hominem, nec humanam in Deum con-

uertam edocentes: sed naturarum differentias integras confitentes; vnus atque idem, humilis & sublimis, æqualis Patri, & minor Patri, ipse ante tempora, natus in tempore est: per quem facta sunt sæcula, factus in sæculo est: & qui legem dedit, factus sub lege est, vt eos, qui sub lege erant, redimeret: ipse crucifixus, ipse chirographum, quod erat contra nos euacuans in cruce de potestatibus & principatibus triumphauit. Auferentes ergo (sicut diximus) scandalum nouellæ adinventionis, non nos oportet vnam vel duas operationes definientes prædicare, sed pro vna (quam quidam dicunt) operatione, oportet nos vnum operantem Christum Dominum in vtrisque naturis veridicè confiteri: & pro duabus operationibus, ablato geminæ operationis vocabulo, ipsas potius duas naturas, id est, diuinitatis & carnis assumptæ, in vna persona vnigeniti Dei patris, inconfusè, indiuisè, atque inconvertibiliter nobiscum prædicare propria operantes.]

En quàm diserte Honorius duas reipsa in Christo operationes, atque adeo etiam voluntates admittit, quamvis suauiter versipellis Sergij necdum comperti hæretici, voces *duarum operationum* audire noluerit; consiliis sine dubio facturus, si quod fides Catholica de duplicibus Christi operationibus pro natura duplici tradit, proponit, & sine ambagibus, permisisset. Vnde Leo II. epistola ad Præsules per Hispaniam constitutos de Honorio ait: [qui flammam hæretici dogmatis, non vt decet Apostolicam Auctoritatem, incipientem extinxit, sed negligendo conseruit.] Euentus quippe docuit, impium Sergium ea silentij ab Honorio exortatione abusum esse, ad fitmandum magis, latiusque diffundendum Monothelismum. Quod consideratum velim quoties de veritatibus Catholicis suppressione multandis agitur, iuxta vsum nouum ab annis aliquot in Catholica Ecclesia, non per hæreticos, vt olim, sed per Catholicos cause suæ velificantes, inualecentem: qua de re accuratè in Opere de iusta confixione librorum, partit. 1. eritem. 18.

Damnatio Honorij per 6. Synodum, commentitia.

40. Sic purgato Honorio, quo ad ea quæ ex eius scriptis opponebantur, amolenda restant, quæ de eiusdem per sextam Synodum, & quosdam Pontifices suffixione, opponebat Canus. Et damnationem quidem Honorij in 6. Synodo factam, Bellarm. 4. de Rom. Pont. c. 11. & Baro. anno 681. à num. 1. 2. multipliciter conuincunt esse assumentum Græcicum ad eam Synodum. Arte enim Pelasga, plerasque Synodos interpositas & immutatas fuisse, vt tertiam, quartam, quintam, ac septimam exploratissimum est, demonstratque prolatis exemplis hunc fuisse vsum Græcorum Turretum. sess. 20. Conc. Florentini. Et hanc ergo sextam Synodum intrusa Honorij damnatione corruerunt.

Hoc sextæ Synodi de honestamento, Baronius supra à n. 25. rectè coniecit factum esse à Theodoro Constantinopolitano Patriarcha, prius ob Monothelismum deposito, postea autem exacto triennio conclusa anno ante 6. Synodo in eandem Sedem restituto, præmissa confessione Catholica. Hic enim Theodorus, quem Anastasius Bibliothecarius in compendio Actuum 6. Synodi, testatur cum alijs hæreticis hæreses Monothelitarum accusatum, atque conuictum, atque ad eam etiam ob causam damnatum, nunc in 6. Synodo nusquam comparere; & loco Theodoti inuenitur vbique Honorius. Quis ergo non videat, Theodorum illum Archetypis Synodi actis potitum, eaque primùm Romam ad Leonem II. cattigatum; (vt Constantinus Imperator præ se tulit) per Legatos, qui 6. Synodo interfuerant diu detentos, tandem transmittentem, abstrasse quæ in suum cedebant profitum;

brum, intrusisse verò quæ libuit de Honorio pro antiqua Græcorum in Romanam Sedem malignitate, & peculiari ipsius Theodori aduersus eandem offensione? Eam enim satis prodidit, sublatò è dyptychis Vitalianæ Papæ nomine, nequequam contrarium mandante Constantino Imperatore, qui epistola ad Dominum Papam testatur, nunquam se pari voluisse, ut Vitalianus è dyptychis expungeretur. At id ausum Theodorum, & idcirco iustum restitui Vitalianum, I. quæ ex 6. Synodo actione 8. Hic ergo videtur doli auctor, & Synodi in Honorij probum falsator.

41. Anastasius sanè in latina Historia ex variis locis contexta, ut Cardinalis Sidelus apud Onuphium addit. ad Platina in Honorio I. refert,) intra sum perfidè nomen Honorij in hanc Synodum, locuples testis est. Et ut alia coniectura deesset firmaret id sufficienter tam indiscussa, tamque præpropere Honorij damnatio, silentibus, ac ne morientibus quidem Legatis Apostolicæ Sedis, qui pro Vigilio non admodum laudato Pontifice, Monothelismi sim liter insinulatio, tam fortiter reclamant. Quid quod approbavit, & summis sæpè elogiis ornavit ea Synodus act. 8. & 18. epistolam Agathonis Papæ, qua omnium antecessorum suorum puram fidem, atque sinceram celebravit, non absque Græcorum rubore, quorum tot, tantique Patriarchæ, in ea ipsa Synodo damandi erant, memorante, & prædamante ibi illos Agathoneumque ruborem redemissent haud dubiè perhibenter, obiecta Honorij prolapsione, cuius tunc adhuc recens, & calens erat memoria. Accedit quod veterum plerique, etiam ex illis qui Romanæ Ecclesiæ probra non dissimulassent, recensitis Patriarchis in sexta Synodo damnatis, tacent de Honorio. Ita Photius libro de septem Synodis, Zonaras in Constantino 4. Theophanes Ceramæus in historia, Paulus Diaconus, & plerique antiquorum Latinorum. In ipsa quoque sexta Synodo act. 4. recensitis Theodoro Pharanitano, Cyro Alexandrino, Sergio, Pyrrho, & Paulo Constantinopolitanis, omittitur Honorius. Itaque dubitare non possum, quin sexta Synodus quoad Honorij damnationem, adulteratrices Græcorum manus sit passa, quoad pleraque exemplaria.

Æquè adulteratas Leonis secundi epistolas existimavit supra Bellarminus. At Baronius anno 683 à n. 5. planè confictas & supposititias esse existimat. Quod si eas verè fuisse Leonis, ac sinceræ placeat admittere, dicendum erit, Leonem Papam quod in Actis sextæ Synodi legerat, sine alia disquisitione, censuisse verum, & errasse in facto cum infamavit Honorium, reuera innoxium, id quod similiter de Adriani secundi verbis in 8. Synodo Romana recensitis, statuendum erit.

Hæc cum ita sint, non abs re Baronius anno 681. collaudata ut par erat num. 29. Bellarmini diligentia in purgando Honorio, addit n. 3.) opasse se Melchiorum Canum [sensu potius quàm nomine Canum,] fuisse, cum tam præceptis de re tanta tulit iudicium, consentaneum ei audaciæ, ac temeritati, quam bonus vates; Cani præceptor Francisc. Victorius ipso referente Cano in præfatione libri 12. de locis ita arte in Cano hariolatus erat: de quo vaticinio videndus est idem Baronius in notis ad Rom. Martyrol. ad 25. Decembris.

Humana Christi voluntas, libera.

42. Fixum igitur, ac ratum esto, agnoscendam esse in Christo, ut divinam (de quo nemo unquam dubitavit, qui Christum Deum fateretur,) ita & humanam voluntatem, quæ humanæ naturæ consecrarium est, ac germen connaturale. Hanc porro humanam Christi voluntatem libertate pollere, perspicuum est ex generalibus de humana libertate principiis, quæ ad libertatem Christo asserendam recolit S. Damascenus

l. 3. fidei c. 14. Humana quippe libertas, consequitur intellectum de indifferentia obiecti statuerè idoneum. At huiusmodi intellectus inexistit Christo. Deinde necitum non reperitur absque libertate. Christum autem fuisse meriti capacem, dicemus inferius. Fuit igitur voluntatis liberæ: quod intelligo de libertate propriè accepta, hoc est non de ea tantum, quæ vim & coactonem excludit, sed etiam, quæ necessitatem quancunque extrinsecus illatam amolitur. Eiusmodi enim est germana libertas quæ moralitatis ac meriti vel demeriti principium est, ac fundamentum. Mirum verò est aliquos olim contentos fuisse concedere Christo solam libertatem à coactione, qualem solam Caluinus in omnibus hominibus admittit, sed per errorem exploratum. Non enim reuera liber est, id est Dominus sui actus, qui à sola coactione, ac non etiam à necessitate, est immunis. Itaque S. Thomas quin 3. d. 18. q. 1. art. 1. ad 5. prædictæ sententiæ, quoad Christum, probabiliter concesserat, consultius veram & plenam libertatem Christo tribuendam statuit 3. p. q. 18. art. 4.

Non negavit Christo eam germanam libertatem Theorianus Legat. ad Armenos, cum negavit tribui ei debere arbitrium, & eligentem voluntatem. Tantum quippe intendit excludere à Christo ignorantiam, & peccabilitatem, quod ex subiectis eius verbis discere licebit. [Arbitrium (inquit) & electio siquidem propriè loqui volumus, in Dominum non cadunt. Nam arbitrium post habeam de ignota re questionem, & deliberationem, siue consilium & iudicium, adfectio quædam est ad id, quo de iudicio factum est: postquam electio sequitur, alterum pro altero deligens. Dominus autem, quia nudus homo non est, sed etiam Deus, & quia novit omnia, nec considerationis vilis eget, nec inquisitionis, nec consilij, nec iudicij: & tam coniunctionem cum bono naturaliter habet, tum aversionem à malo. Quapropter arbitriam aut eligentem voluntatem Domino non tribuimus, sed naturalem.] Vides, (ut dixi) Theorianum de amonenda duntaxat à Christo ignorantia, & peccabilitate esse sollicitum: ceteroqui autem, libertatem Christo concedere? hæc enim est quam nomine [voluntatis naturalis] qualem paulò ante exposuerat, est complexus. Id ipsam aliis verbis expresserat S. Basilus in c. 7. Esiæ tractans illud *ut sciat reprobare malum, & eligere bonum*. Quomodo autem ea propriè dicta Christi libertas eam eiusdem beatitudine, & determinatione ad bonum, quibus à primo conceptionis suæ momento potius est, possit coherere, exponetur infra suo loco, post expostam impeccabilitatem.

Agnoscenda in Christo, vis motrix inorganica.

43. Vltima facultas inter rationales Christo assignata, est vis motrix inorganica dandam enim esse talem aliquam vim motricem spirituales, animæ cuius rationali, ut moueatur cum est à Corpore seuuncta, extrahi debet. Negari quippe non potest, quin anima rationalis à corpore separata, moveri possit localiter. Quis enim prudens, persuadeatur animam rationalem eodem ordine esse censendam, quo conchylia, & plantæ malia, quæ ob imperfectiorem suam obstipa sunt, & immobilia? potest igitur anima extra corpus constituta, moveri iuxta vi, & tanquam à principio intrinseco; atque adeò vim aliquam inorganicam motricem sortitur, quæ motum illum principiet. Mirorque id inficiatur Dandinum 3. animæ digressi 30. Banem 1. p. q. 7. art. 5. dub. 1. ad 3. & Bubalum 1. p. q. 5. art. 5. quæ sita unico difficile 3. e. 2. Rectè verò, quod dixi, statuunt Scotus in 4. dist. 10. q. 7. *libera C. & seq.* (parum contentandè ad ea quæ habet d. 49. q. 14.) Suarez d. 3. 5. Metaph. 6. n. 2. 3. & d. 18. l. 7. n. 4. Val. 3. p. d. 11. q. 1. p. 2. Thyraus de locis infectis c. 2. 3. Conimbr. disp. 6.

